



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma aggrauationis iudicis delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

vniversitas interdicti. vnde dicitur tunc in forma
in singulares personas excommunicatiōis in capi-
tulum vel conuentum suspensionis. et in ecclesias
vel monasteria interdicti sententiam ferimus / vel
vniversitatez ipsam interdicimus. Si autē est epis-
copus vel superior puta archiepiscopus primo de-
bet suspēdi. scilicet ad ingressū ecclesie. Deinde cres-
cente contumacia interdicti tertio excommunicari
vt in. c. ij. de offi. dele. li. vi. ¶ Additio. Quid si nō
feruetur huiusmodi forma an valeat excommuni-
catio lata contra episcopū vel archiepiscopum pro
prima contumacia glo. singularis i capi. ij. de offi.
dele. li. vi. tenet q̄ valeat licet alij contra. Subiun-
gitur in mandato exnunc prout extūc ⁊ extūc. put
ex nunc si hoc non oportet vt not. in. c. preterea. ij.
de appel. et in cle. vnica de concess. preben. super x̄
bo exnunc. Itē dicitur in forma quem excōicam⁹
in his scriptis ⁊c. qz sententia excōicationis debet
fieri in scriptis. de sen. excom. c. i. li. vi. Sed q̄ dica-
tur de sententia in his scriptis credit Guil. in spe. ti.
de senten. prola. §. nunc autē ⁊. ⁊ non quod non
sit necessarium. Consuluit tamen q̄ dicatur.

¶ Quomodo proceditur ad aggrauationem
DEinde si excōmunicat⁹ perseuerat in sua cō-
tumacia iudex pcedet ad aggrauationē sē-
tentie vt crescente cōtumacia crescere debet ⁊ pena
vt lite non contesta quam in fine: et tunc solet scri-
bi sub ista forma.

¶ Forma aggrauationis iudicis delegati.

¶ **M:** Talis iudex tali rectori salutem in domino
vudum auctoritate apostolica nobis in hac parte

commissa si est delegatus / talem citavimus et cita
 ri fecimus in terminum talem ad instantiam talis
 et qz in termino huiusmodi comparere contumaci
 ter non curavit / nos in eum p contumacia huiusmo
 di tulimus sententiã excõicationis et ipsum mada
 mus excommunicatũ publice nunciari Sed qz idẽ
 H. in hmoi sua contumacia perdurando predictaz
 excommunicationis sententiam temere contemnit
 ac damnabiliter in ea perseverat quare cuz cresce
 te contumacia merito crescere debet ⁊ pena. vobis
 r̄c. mandamus qt̄s predictum. H. excommunica
 tuz singulis diebus dominicis et festiuis accensis
 candelis et demum extinctis in terram plectis so
 nibus campanis publice in ambone coram popu
 lo denunciatis et faciatis tanq̄ excommunicatum
 eum ab omnibus artius euitari. Datũ et actũ. r̄c.

Forma excommunicationis cum monitiõe pre
 via iudicis ordinarij.

Sed ordinarij iudices breuif scribũt hoc mo
 do. H. preposit? r̄c. ⁊ officialis tali rectori r̄c
 Salutem in domino. Quia talis citatus a nobis i
 fra certum terminum ad instantiaz talis non com
 paruit / quare vobis mandamus quantinus eum
 peremptorie moneatis. vt adhuc infra octo dies cõ
 tinuos a receptione presentium computãdos. se cũ
 predicto. H. amicablem vel in iure cõponat. alio
 quin ipsum excommunicamus in dei nomine i his
 scriptis quem sic excõmunicatuz publice de ambo
 ne nunciatis. Datum nostro sub sigillo

Forma aggranationis iudicis ordinarij.
 D. ij.